Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36558
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



44

ramenta. id uanitates ut insanias & ineptias. Lira dr proprie
sulcus aratri. Hinc deliurare dicunt boues cu exorbitant. Inde
dicimus deliros homines insanos exorbitantes a tramite ratio
nis & sensus. Hyberas neniias. id hispanicas uanitates t ineptias.
Nam hyberia est hispania. Henie autē sunt ppriē carmina quē
sup tumulos mortuorū scribuntur: quib; nihil uanius. Qd enī
prodest mortuis laus & adulatio. Dicunt hyberē neniē quia hoc
hispani primitus repperierunt. Libris autenticis. hoc ē auctori
tate plenis. Autentes grece dr auctoritas. Inde autenticus dr
liber: auctoritate plenus. Causas erroris. id quare ita erraueritt
lxx. inpretes. ut multa preterminerunt. multa alit dicerunt.
uidelicet utrū scientes an nescientes. Scientes fecerunt. causa in
uidie fecerunt. si nescientes ignorauerī & erraueri. Iudei au
tem prudenti factū dicunt esse consilio ne ptholomeus unū di
cultor: Ptolomeus rex fuit egypti hic unius di cultor. eductus a
baristeo phylosopho platonico. Dicunt g iudei idō lxx tacuisse
mysteriū sē trinitatis. ne ptolomeus qui unius di cultor erat
deprehenderē duplicē diuinitatē patris & filii. Et idō non errando
s; prudenti consilio hoc fecerunt. ne uidelicet gentes ueritatem
scripturarū cognoscerent. Hic autē ptolomeus euergetes ypo dict
ē nomine. & inpretatur ptolomeus bene operans. In platonis
dogma cadere uidebatur: id unū dm colebat sicut plato. Vt &
regi satisfacerent id ptolomeo. & archanū fidei ñ uulgarent. id de
scā trinitate. Et nescio quis primus auctor mendacio suo. Hic beatus
augustinus latenter reprehenditur: Septuaginta cellulas alexandrie
extruxit. Alexandria metropolis est egypti. Refert autē iosephus qd
ptolomeus rex misit nuncios cū magnis munere ribus ad sacer
dotē iudeorū. & rogauerit eū. ut libros diuin arū scripturarū
facere sibi conferri de hebreo in grecum quia ipse greci erat.
& hebreā linguā ignorabat. Cui ille misit lxx. uiros peritissimos.
Qui uenientes alexandriā in una basilica congregati transtulerunt
scripturas in grecū. conferentes admuicē. Sed illi qui septuaginta
nimiū ueneratantur: confixerunt illos p singulas cellas diuisos